UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvla Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

V. De ijs quæ pertinent ad Conuentuales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64533

Visual Library

De iis quæ pertinent ad Officium Conuentualium. Cap. V.

ORDINAMVS quod Conuentuales [te-]neant ſecretiſſima ea quæ ſibi trade[ntur] in ſcriptis, ſolis Diffinitoribus portanda, [vel] verbo referenda: ac etiam ea ex quorum [reve-]latione notabile oriretur ſcandalum, aut v[e-]ſimiliter poſſet oriri.

2. Fratres quoque, qui talia ſcribunt, aut [am-]baſciatas huiuſmodi imponunt, nemini re[ve-]lent aut nominent, niſi ipſis Diffinitorib[us]. Quod ſi contrafecerint, eligi non poſſin[t vſ-]que ad triennium.

3. Inſuper omnia quę verbo eis fuerint im[po-]ſita redigant in quadam cedula, prout in[fra] ſtatutum eſt in capitulo decimoquinto de [e-]lectione Scribæ, ſcribendo nomen Fratris, [ni-]hil addendo & nihil minuendo, vt ea poſ[ſint] fideliter referre Diffinitoribus. Verbi gr[atia] D. Talis dicit ſic. allegando cauſas ibi exp[reſ-]ſas à Fratre in ſpecie: & pro breuiori & cer[tio-]ri informatione Diffinitorum, colligant in [v-]num ſingulas materias. Verbi gratia: ſi ag[itur] gum de Prælato aut Priore aut Cellerario [con-]cludant talem materiam, inducendo d[icta] ſingulorum & cauſas, antequam ad al[iam] materiam diuertant: ita quod non ſit nec[eſſe] eadem ſæpius repetere. Quam cedul[am] penes Scribam Capituli dimittant, vt in v[iſi-]tatione Monaſterium poſſit haberi plen[ius]

&

& verior informatio de relatis capitulo.

4. Quod ſi ipſi Conuentuales aliquid ex ſe ipſis dicere voluerint, eadem ſcribant in eodẽ ſuo memoriali, in quo cæterorum Fratrum vota conſcripta ſunt: vt ſi opus fuerit poſſint Diffinitores de omnibus diligenter inquirere & cognoſcere.

5. Aliquid præterea ipſi Conuentuales non accipiant in commiſſis à Fratribus, niſi ea quę acciderint poſt viſitationem ſui Monaſterii: niſi ex vrgentiſſima cauſa ad hoc cogerentur, quam narrare volentes explicabũt, ſimul declarantes, cur eadem Viſitatoribus non fuerint dicta.

6. Curent etiam, vt Prælatus portet taxam ſibi congruentem ad Capitulum. Portent inſuper & literas de eorum electione fidem facientes, Capitulo Generali portandas.

De modo ſcribendi Capitulo Generali.

Cap. VI.

ORDINAMVS, quod ſi quis Fratrum noſtrorum, voluerit aliqua intimare Capitulo Generali, ſcribat ipſe, & nõ alius pro eo. Si verò neſcit, Connẽtualis ab eo rogatus, vel alius Monachus de licẽtia ſui Prælati. Qui ne teneant diu Diffinitores in pluribus occupatos, clarè breuiter & ſuccinctè ſcribant, cũ ſubſcriptione ſui nominis, exponẽdo cauſam

vel